Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cubile presumit accedere. sed a
tume comminante quod illo rece
dente se de ea acriter uindi
caret. Quod cum illa Bernardo retu
lisset, ille populum conuocauit
et omnes candelas in manu
accensas habere precepit, de
monemque coram uniuerso qui
aderat cetu excommunica
uit, ac ne ad illam uel aliam
deinceps accederet ...
interdixit, sicque illa a tali
illusione est penitus liberata.

De duce excommunicato.

Cum in ea · C · viii ·
dem prouincia uir sanctus
legatione fungeretur ut du
cem Aquitanie ecclesie reconcilia
ret, et ille modis omnibus ren
ueret, ad altare celebraturus
ipso accessit. duce tamquam excom
municato pro foribus prestolante.
Cum autem pax domini dixisset,
corpus dominicum super patenam po
suit et secum tollit, atque ignea
facie et flammeis oculis fo
ras egrediens et verbis terribilibus
ducem alloquitur. Rogauimus
inquid te et spreuisti nos.
ecce ad te processit filius vir
ginis, qui est dominus ecclesie
quam tu persequeris, adest
iudex tuus in cuius manibus
illa tua anima deueniet.
numquid et ipsum sicut suos ex
contempnes. Resiste ei si ua
les. Statimque dux totus ri
guit, et membris omnibus
dissolutis ad pedes eius
mox prosiluit, quem uir sanctus
calce pulsans surgere iubet
et dei audire sententiam. Ille
autem tremebundus surrexit
et quicquid precipiebat homo
dei protinus adimpleuit.

De clerico qui monachus fieri renuit. C. ix.

Dum regnum Germanie
pro quadam magna se
danda discordia sanctus di
intrasset, archiepiscopus quidam
quendam uenerabilem ei obui (decanum)
am misit. Cui dum clericus
se ei obuiam a suo domino e
missum fuisse diceret. Vir
dei dixit, alius dominus misit
te. Miratus ille se non
nisi a suo domino et archiepiscopo
missum fuisse affirmabat.
E contra sanctus Christi dicebat.
Fallis fili fallis. Maior
est dominus qui te misit Christus.
Quod clericus intelligens ait.
Putas quod monachus uelle
fieri, absit a me, non cogi
taui nec ascendit super cor